



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confitendi Ratio Doctoris Martini Lvtheri Avgvstiniani  
Vvittenbergensis**

**Luther, Martin**

**Vvittenberg[a]e, 1520**

**VD16 L 4238**

Qvintvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33377**

## ¶ QVINTVM.

¶ Verū ista de proposito volo caute intelligi. Propositiū em̄ bonū dupliciter fieri debet. Primū de manifestis mortalibus tantū, vt sunt, adulteriū, homicidiū, fornicatio, furtū, rapina, vsura, detractio &c. Horū em̄ vitandorū propositiū proprie pertinet ad confessionē sacramentalē, & corā deo ad quodlibet statim momentū, postq̄ perpetrata sunt. Iuxta illud Eccl̄iastici. Fili peccasti, quiesce, ne adijcias iterū, Et item, Ne tardes conuerti ad dñm.

Secūdo, de oibus peccatis (q̄ venalia vocāt, de q̄bus infra) prorsus vanū est laborare ad ppositū formandū, quia si recte sese consideret, Inueniet impossibile, si saltem in carne viuere velit, cum (vt August. ait) hęc vita sine talibus non possit agi, qualia sunt, risus, verbum, cogitatio, aspectus, auditus, gustus, tactus superfluus, aut inconsideratus &c. Quę etiam talia quę sunt, vt incertū sit, peccata ne sint, an tentationes p mouentes merita. Et tñ in his mirū, q̄ laboretur & obtūdatur confessor verbosissimo modo confitendū, debet em̄ ppositū certū esse, & sup̄ ihs, q̄ certa sunt & comuni vita vitari possibilia sunt, vt iam dicta mortalia peccata aperta.

## ¶ SEXTVM.

¶ An peccata cordis occulta, ac sic soli deo & homini q̄ fecit ea, cognita, pertineant ad confessionē sacramentalē, extra meū captum est, Libentissime negarem, nec em̄ vlla via aut ratio ne aut scriptis probari potest, sepiusq̄ mihi suspitio fuit, esse id totū inuentū vel auarorum vel curiosorū aut certe tyrannorum p̄latorū, qui hac via, populū Christi, in terrorē sui adduxerint. Nam id est (meo iudicio) penitus in iudiciū dei manū mittere, & forū dei violare, p̄sertim si cogatur ad id hoies. Hic venit illud mare iurū & quæstionū impossibiliū, de casibus peccatorum &c. Cum sit impossibile ipsi homini scire, quā mortaliter superbiēt vel concupiēt vel inuiderit in corde. Et quō hoc sacerdos sciet, qui ad mortalia tñ positus est iudicanda? Alienū cor cognoscer, qui suū non satis nouit? Indefit, vt multi multa confiteantur, nescientes an sint peccata nec ne. Et ad id impellitur per illud Gregorij. Bonarū mentū est, vbi culpa non est, culpā agnoscere. Hoc em̄ coram deo p̄standū, etiam sibi p̄stari (tam immanis est pontificū & sacer-

*Erant  
papista*